Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

†
IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 2
Plúteo 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ano. 1642. N.

# CONCORDANTIÆ NOVAE VTRIVSQVE

TESTAMENTI, IVXTA TROPOS ET phraſes, locóſque communes diſtinctæ, cunctis Sacrarum literarum ſtudioſis vice commentarij profuturæ, quales nemo hactenus eſt aggreſſus,

A Ioanne Benedicto Pariſienſi Theologo, *ſummo labore & induſtria concinnatæ.*




DOMUS LOYOLAE S.J.
IHS
BIBLIOTHECA

PARISIIS,
*Apud Gulielmum Guillard, & Almaricum Warencore, via Iacobæa, ſub Diuæ Barbaræ ſigno.*

M. D. LXII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Es de la compª de Jesus de Orate

Universidad de Deusto
Biblioteca

SOCIETATIS JESU BIBLIOTECÆ COLLEGII LOJOLÆI

SOCIETATIS JESU BIBLIOTECÆ COLLEGII LOJOLÆI

# CANDIDO IMPRIMIS AC GENEROSO SACRARVM SCRIPTVRARVM PROFESSORI Iohannes Benedictus sacræ Theologiæ doctor, Salutem.

CVM à multis retrò seculis pertinacissimè, atque ex animo sacræ Theologiæ sacrosanctos interpretes euoluerem, Christiane lector, ut ex ipsorum penitioribus medullis quid eruere tentarem, quod uelut indicis uice studiosos quosque iuuaret: pleraque in eorum cõmentariis atque interpretationibus mihi quotidie occurrebant, quorum nec in uetustioribus, nec in recentioribus Concordantiis uerum intellectũ reperire licebat: quippe quæ bona ex parte uel omissa essent, uel certè cõfusa. Qua ex re animũ meũ adeò perplexum reddidere, ut tandem non euoluerim modò, sed & omnino transcripserim uetus & nouum testamentũ: eo quidem fine, ut collatis ultrò citróque ueterum Concordantiis, animo meo facerem satis. Quibus ita exaratis, quæ ad operis cõsummationem desiderari uidebantur, suppleri: indigesta & confusa, suo quæque loco restitui cupiebam. Ad quod obeundum incredibilis quædam animum meum incessit cupiditas, ut iuxta phrases & tropos singula quæq; uocabula in certas quasdã distribuerem classes, & ea maximè, quæ ut plurimùm ambigua uidebantur atque perplexa, distinguerẽ. In quibus exequendis sequutus sum grauissimos authores, admirãdæq; eruditionis scriptores, Bedam scilicet venerabilẽ, Isagogen Sanctis Pagnini, Bartholomæum Riccium in latinæ locutionis apparatum, atque Bartholomæum Vuestemerum: quorum uigiliis, authoritate, & doctrina non parum adiutus hanc ego suscepi operam in maximam, meo sanè iudicio, studiosorum & sacræ scripturæ candidatorum utilitatem. qui si in Rhetoricorum præceptis, & in disserendi palæstra uel mediocriter sint uersati, nihil non audebũt (harum Concordantiarũ presidio freti) tentare quod uel ad intricatas disputationum argutias, uel ad exercitium concionandi, uel denique ad docendi prouinciã pertineat. Adde quod si fortè alicui academię preficereris Theologiæ profitendę gratia: aut à Domino Deo ad munus cõcionandi in ecclesia uocareris, ex his itidem nostris Concordãtiis uelut ex uberrimo quodam copię cornu depromere quicquid liberet, nullo discrimine liceret. Verumenimuerò nequid tibi uideamur ex nobis confinxisse, probatiores ac locupletiores sacrarum literarum interpretes, ex quibus tanquam ex fontibus nostros (præter sensum historicum) hausimus tropos & phrases, fuerunt D. Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Hilarius, Chrysostom⁹, Basilius, Lactãtius, Tertullianus, Cyprianus, ac plerique alij, quorum potissimùm sententia nobis uidebatur accommoda. Horum etenim subsidio nostras, ut diximus, digessimus & coëgimus Concordantias in unum, ut uidere est, alueum, fontem & commentarium. Ex quo uel minimo studio copiosissimum sacrorũ Bibliorum percipies fructum: maximè uerò Euangelistarum, epistolarum Pauli, cæterarumq; Canonicarum uerum, perfectum, atque omnibus numeris absolutissimum consequeris sensum. Has uel his persimiles Concordantias, quem uiderim, attentauit nemo: quæ non modò uerba, uerumetiam sententiam utriusque testamenti continent, cõplectunturq; atque adeò, ut quiuis citra minimũ negotium sacrarum literarum genuinum sensum, intellectumq; capessere queat. Idcirco maiorum uigiliarum opus rectissimè, certissimeq; dixerim has nostras elucubrationes:

Universidad de Deusto
Biblioteca

*quas eam præcipuè ob causam aggressus sum, quòd multorũ uiderem contingere lapsum, quos non dirigebat sensus uarietas. quorum iam animos adeò confirmatos iri cõfido, ubi hæc nostra prodierit Concordãtia, ut cuiusuis affectum quietum, pacatumq; sit redditura. Quem enim nõ moueat, qui inter tot uerborum discrimina labitur, ut nec uia euadendi illi pateat? Cæterùm non sola me præfata mouerunt, ut scilicet germanum scripturæ sensum eruerẽ, tuererq;, quem hactenus catholica obseruauit ecclesia: sed etiã ut studiosos quosque rederem cautiores à nuperrima quadam contagiosa perditorum hominum peste. qui tantum abest ut uero ac syncero adhæreãt scripturæ iudicio, ut nihil aliud quàm & scripturam, & eiusdẽ fideles interpretes adulterare, euertere, ac funditus euellere contendant. de quibus Apostolus secundę Thess. secundo, Eo quòd charitatem ueritatis non receperunt ut salui fierẽt, ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendatio: ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed cõsenserunt iniquitati. Quibus uerbis suffragatur & id quod idem Apostolus priore ad Timotheum cap. secundo scribit, Erit enim, inquiens, tempus cùm sanam doctrinam nõ sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus, & à ueritate quidẽ auditum auertent, ad fabulas autẽ conuertentur. Sed quem fructum, quamq; mercedem sint inde cõsequuturi, disertis exprimit uerbis Paulus ad Romanos sexto, Quem fructum inquit, habuistis tunc in illis, in quibus nũc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Si igitur lethiferam huiusmodi hominum refractariorum improbitatem, efferamque superbiam declinare cupias, id facilè fiet, si ueteris nouique testamenti lectionem, iuxta orthodoxorum Patrum sententiam expositionemq;, amplexus fueris. quorum doctrinam imitari si detrectaueris, nescio quo pacto, quáue uia absque fidei naufragio teterrimam superborum luem euadere possis. Patrum uerò authoritatẽ, necnon sacrosanctam antiquitatem, atque sanam doctrinam è uestigio sequens, nunquã à fidei catholicæ firmitate, ueritateq; aberrare poteris. Quòd si qui blaterones obganniant (quod illis peculiare est ac uelut innatũ) orthodoxeq; fidei firmissimo fundamẽto, atque sanctis ueterum patrum traditionibus obloquantur & detrahant, nihil non turbantes: hoc te nil mouere debet: sed potiùs maleferiatis, impudentissimisq; rabulis rerum omnium nouatoribus, nouaeq; nescio cuius superstitionis, seu rectius ueri Atheismi sectatoribus spretis atque contemptis, sanctissimos Patres, synceros diuinarum literarum interpretes ab ecclesia Romana hactenus receptos, approbatosq; tutiùs, ut æquum est, amplectêris, quorum fidei præsidio prædictam scripturam nullo labore tueri poteris atque defendere. At si fortè (quod raro futurum putamus) apud quosdam dictorum Patrum acceptiones uocabulorum, atq; adeò orationum ipsarum aliter ab uno, aliter ab altero interpretentur, non idcirco existimandus illico sensus contrarius: quandoquidem quod hic suis, ille item suis expressit uerbis, non uariatũ, sed potius ornatum, illustratumq; esse sensum putandum est. Adhæc quod unus ad phrasin, alter ad elegãtiam, alius uerò ad proprietatem uocum, rerúm ue spectarit: non propterea à mentem à uero sensu, natiuoq; auertit aut deflectit. Porrò harum differentiarum inuolucra facilè assequetur quis, si quorsum tendat interpretis stilus, propius animaduertat. nempe quod Basilius, aut Chrisostomus Græcè: Augustinus, Hieronymus, uel quispiam alius Latinè sit interpretatus, non hominis nutu ac uoluntate editum credas, sed spiritu sancto dictante, atque instigante locuti sunt sancti dei homines, aliis tamẽ atque aliis uerborum formis subiectis. Quòd autem ad nostrum attinet laborem, siquid omissi uel errati inter legendum tibi occurrat (fieri enim uix potuit in tam immenso, tamq; intricato labore, quin alicubi hallucinatũ sit: homines siquidem sumus) tuum erit, lector amice, pro tuo candore parcere, ac grauissimo, quem uideris, labori condonare. Quod si feceris, ut facilè speramus, meliora posthac & emendatiora tibi parabimus. In secunda namque editione, fauẽtibus superis, si qua sint hìc prætermissa, supplere: sicubi erratum sit, corrigere: si qua perplexa uocabula, distinguere: ac singula suo quæq; loco ac nitori reponere curabimus.* VALE.

# NICOLAVS GALTERVS THEOLOGVS
SORBONICVS CHRISTIANO, ET RERVM
diuinarum studioso lectori gratiam,
& pacem precatur.

HOMINES eos perbeatos semper iudicaui, qui, cæteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiosè intuerentur. Quod quàm verum est, cupio omnium animis tam certò persuaderi: vt, cùm nemo non cognouerit in vita longè omnibus studiis contemplationem, rerúmque cognitionẽ præstare, ad eam omne studiũ conferat, veritatis scientiam exquirat, eadémque adepta fœlicem, & diuinam vitã agat. Sed optimo cuique, & æquissimo rerũ æstimatori iniucunda est nostra ætas: cuius ea est macula & labes, actionũ humanarũ dignitatẽ infringere, & præposteris omnia iudiciis pmiscere, ac potiùs inuertere velle. Quæstu, lucro, plausu à plerisque omnia æstimantur: vt, quò aliquid quæstuosius, & plures cõgerendæ pecuniæ opportunitates cõtinet: eò maius, nobilius, præstantius, admirabilius & sanctius habeatur. Ita qu æque præstantissima, quia nihil sibi acquirunt lucri, iacẽt, & sordium & luti loco habita, pedibus teruntur. Doleo, & vehementer angor homines ethnicos, (nescio, an veriùs idololatras dixerim) Pythagoram, Socratem, Platonem, Aristotelem, & eius generis innumerabiles sanctiùs rerum momenta & discrimina iudicando peruidisse: quàm permultos, qui & fidem, & veritatem, & nomen, & religionem christianam ore pleno profitentur. Nam illi hominum id genus ingenuum iudicarũt, quod neque plausum captaret, neque lucrũ quæreret: hi verò, qui se præcipuos religionis Christianæ anteſignanos ostẽtant & mentiuntur, iis demũ plurimum tribuendum esse putant, qui, cùm quæstu & lucro ducantur, ea sequuntur, quibus ditari & splẽdidis laudum titulis exornari possint. Quocirca, nisi sola, saltem potissima causa est, cur tam multorũ animos hæresis occupet, ambitio, honoris & pecuniæ cupiditas: exẽplo primùm fuit Germania, deinde Anglia, & Scotia, tũ nostra Gallia. Quòd si nulla sceleratis atque nefariis hominibus pecuniarũ, honorũ, & earum, quibus maximè sunt astricti, voluptatũ spes fuisset, nunquã fidei catholicæ bellũ indixissent, & à religione Christiana defecissent. Sed ista ganeonum atque perditorum hominũ mittamus capita, & in ea sentẽtia fixi permaneamus, Nihil tota vita homini esse honorificentius, aut quo propius deum attingat, quàm veritatẽ perueſtigare, atque huius perſpiciẽtia mẽtem recreare. Quis nescit magnam eos sibi laudẽ peperisse, qui rerũ initia & causas, motus atque proprietates laboribus inexhaustis indagãdo cognouerũt, & scriptis mãdarũt? Quãto plus honoris merentur, qui de bonis & malis, de vita, & moribus quærunt: qui totos se in optimo vitæ exquirẽdo statu collocatos esse volũt: qui, quæ ad superos, quæ in cœlũ, quæ ad deũ via sequẽda sit, ostendũt, & literis ad posteros traducatur, efficiunt. Non dicã verbis, sed nec cogitatione consequi possum, quã magnis beneficiis hominũ genus sibi demereãtur, quos cura fãctos scribẽdi libros angit. Animos legentium ita efformant, instruũt, atque excolunt: vt vnusquisque virtutum particeps & alienus à vitijs euadat. Hinc diuites in rebus maximis & sũmè expetendis numerãdas diuitias nõ iudicant. hinc pauperes inopia sordescẽtes neque ægritudinem, neque desperatiõnem, neque confusionẽ sibi imminere plurimũ lætantur. hinc denique omnes diuitiarũ cõtẽptores, & paupertatis admiratores fiũt: &, ne pluribus agã, morbis animorũ omnibus accõmodata remedia mutuãtur. Sed quãti res ista sit, Augustinus in scribẽdo summus & admirabilis, non obscurè declarauit: qui moriẽs suos est cohortatus, vt ecclesiasticã bibliothecã singulari studio seruarent, & libros sanctè scriptos custodia fideli tuerẽtur. Cũ igitur ingenuus quisque facilè patiatur se gloriã, & laudẽ eorũ celebrare, qui pia scribendo, interpretando & exponendo sacra Euangeliorum mysteria, homines ignorationis tenebris eripiunt, & in lucem euocant: quis tam magnifica prædicatione, atque cõmendatione, quàm par est, Io. Benedictum Theologum prosequetur, in quo tum virtutis, tum doctrinæ ornamenta eluceſcunt: qui omne suum tempus libris diuinis scribendis transmittendum putauit? hic ætate quidem senex, animo autẽ florens: corporis viribus deficiens, ingenio autem vegetus: his, quæ extrinsecus se prodũt, nullus: acumine autem, & iis, quæ interna sunt, magnus. Hic non adumbrat, sed exprimit ecclesiæ procerum, & doctorum principẽ Hieronymũ. Vterque enim, quãuis senio, corporisque imbecillitate languens, res diuinas, hominibusque salutares scribendi finem nullum fecit. vterque magna ista, multis tamẽ odiosa est edoctus, Literæ marsupiũ non sequuntur, sudoris comites, non voluptatis: ieiunii, nõ suauitatis: continentiæ, nõ luxuriæ. Communis itaque vtilitatis amantissimus Io. Benedicti, labores omnium commodis impensos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& obliuione extingui non ſinat: & qui gratiã referre non poſsit, ſaltẽ non inuitus, habeat. Magnus ille Gregorius, & in rerum diuinarum inſpectione exercitatus, & acutè atque verè iudicãdi nõ ignarus cum probat, qui librum etiam vnum in eccleſiæ aream adferat. Quis itaque ſcribendi induſtriam, quis interpretandi acumen, quis explicandi facilitatẽ, quis perſpicuitatem, quis lo. Benedicti nullo vnquã tempore intermiſſas curas, non dicam ſatis laudabit aut exornabit, ſed recenſebit, qui nõ vno, ſed quot ſacrorum bibliorũ libri ſunt, tot voluminum theſauris eccleſiam magnificè ditauit? ſingulos enim bibliorum libros, vt breuiſsimorum, ita ſubtiliſsimorum, ſummè tamen perſpicuorum ſcholiorum adiectione illuſtrauit: quorum quãuis ea ſit dignitatis conditio & magnitudo, vt laude omni maiora ſint: tamen multò præſtantius atque diuinius eſt quod ab hominum conſpectu remotum, nunc omnium ob oculos ponendum eiuſdem autoris ſtudio emittitur. &, ne quis ignarus rei anxio atque dubio animo ſit, opus eſt planè admirandum: quod harmoniam, & bibliorum cõuenientiam, aut, ſi mauis cum vulgo, Concordantias appellamus. Quod ita eſt artificioſè contextum, & adfabrè limatum: vt qui omnia accurata requirat, nihil in eo deeſſe conqueratur. Quoniam autem Boëtii ſententia, rectum in addiſcendo deſerẽs ordinem lætos exitus non habet: in hoc opere cum magna eorum vtilitate, qui libros ſanctos intelligendi deſyderio incenduntur, omnia diſtributè, compoſitè, diſtinctè, ordinatè ſcribuntur. Neque eſt, quòd quiſquam tam grauem auctorem, atque venerãdæ ſenectutis virum calumnietur: quòd informis corniculæ modo, alienis ſe coloribus adornet, quòd ab aliis iam ſcriptas Concordantias ſibi arroget, & ſuas faciat: (Quomodo enim quiſquam pertexuit, aut perfecit, cùm ne exorſus quidẽ, aut aggreſſus vnquàm fuerit tale opus, quale iſtud eſt?) Veteres enim Concordãtiæ quo quæque loco ſacræ ſcripturæ verba, & verbis ſententiæ comprehenſæ inuenirẽtur, nullius interpretationis acceſsione, nudè indicabant. Ex hoc autem opere non id demum vtilitatis Lector chriſtianus cõſequetur, vt omnia ſanctorũ librorum quæſita loca inueniãtur, & præſentia occurrant: ſed vis, naturaq; verborũ, & corũ quæ ſunt obſcura, explicatio, & eorum quæ ſunt ambigua, diſtinctio comparabitur. Quæ tanta cõmoditas eſt, vt neſciam an maior eccleſiæ & Theologiæ ſtudio addictis hominibus à quoquã adferri poſsit. Hos labores amplexus paratis munietur armis, quibus & hæreſiarchas oppugnare, & ab illis vim illatam arcere poſsit. Cum enim S. Hieronymus hæreſeos ſordibus hominum animos expurgandi cupidus, ſit autor Scripturam ſacram non in legendo, ſed in interpretando cerni: has Concordantias qui euoluerit, calũnias, ſtrophas, cauillos, & in vſu euangelii ineptias hæreſiacharum nullo negocio deprehendet: atque adeò, quãtum Lutherus, Zuinglius, Bucerus, Oecolampadius, Carolſtadius, & eius generis prodigioſæ orbis chriſtiani peſtes euangelio abutantur in erroribus confirmãdis, clarius luce videbit. Chriſtiana igitur Reſp. plurimum debet tanto viro, qui ſtructos ab hæreticis dolos detexerit, atque illos effugiendi rationibus vnumquemque his libris armarit. Nec tacitus præteribo quantum debeamus honeſtis & communis omnium vtilitatis amãtiſsimis bibliopolis Gulielmo Guillard, & Almarico Vvarencore, quorum ſolertia, tanti pretij munere locupletata, ditiórque effecta eſt Chriſtiana religio. Nec credẽdi ſunt ab eo immunes eſſe honore, cuius his verbis meminit D. Paulus, Qui laborãt in verbo, duplici honore ſunt digni. Neque enim tantùm in verbo, concionibus diuulgando, aut ſcribendo, ſed etiam in cudendo laboratur. Eáque mihi duplex ratio nominis Chriſtiani amplificandi, honoris diuini propagandi, eccleſiæ ornamenta dilatandi potiſsima viſa eſt: vna, libros plurimos, eoſdémque optimos excudi (quod à bonis iſtis bibliopolis factum eſſe clarius eſt, quàm dici debeat:) altera autem, prauæ damnataq; doctrinæ libros incẽdio & flammis abſumi: quemadmodum libro rerum ab Apoſtolis geſtarum proditum cõſignatumque eſt. Ex cuius præſcripto, diebus paulò antè tranſactis (deo propitio) librorũ ſchyſmaticorũ & impiorum copia infinita, vt palmes inutilis, Lutetiæ aruit & arſit. Nolo autem Chriſtiane lector antè dicendi finem facere, quàm te precer, vt ſicubi in tam diuino & immẽſo opere erratum ſit, tantum tibi deditos bibliopolas excuſes. Prima ſolent eſſe rudia & aſpera: præſertim vbi nullum eſt exemplar quod ſequaris: quod in hoc opere contigit. Antè enim nondum excuſum, nunc primùm tuis manibus terendum prodit. Quòd faxit deus tam exporrecta fronte accipias, quàm tibi offertur. Quòd ſi errores vel incuria vel potius feſtinatione in hoc opere admiſſos deprehendẽs, non contumeliis inſectatus fueris, ſed emendatione ſedula correxeris, bibliopolas iam nominatos tanti boni autores, ad plura, grauioráque nomine tuo ſubeunda excitabis. VALE.

## DOMINO IOHANNI BENEDICTO,

THEOLOGO GRAVISSIMO, EIVSQVE

nomine ſtudioſo Lectori gratulatur

Petrus Bar. Theologorum

omnium minimus.

*Gallia miratur, Germania, Flandria, tellus*
*Anglica, virtutes Scotia ſpargit ouans.*
*Te quibus ornauit qui torquet ſydera, perge*
*Fauſtis auſpiciis (ô Benedicte) precor.*
*Carmine functorum laudes ſcriptura recenſet:*
*Verè & iuſtorum facta ſequenda docet.*
*Te mea pertenuis cantabit fiſtula, nomen*
*Vulgabit proprium, dogmata ſacra canet.*
*Peruigili cura non ceſſas prodere ſcripta:*
*In ſacros codices perdita reſtituis.*
*Tu voluis, relegis: tu multa volumina ſcribis.*
*Splendida mens nullo feſſa labore iacet.*
*Si tu pro tantis ampliſsima præmia poſcas,*
*An non eſt merces ampla, ſalusq; Deus?*
*Penſari nequeunt iuſta mercede labores,*
*Pro vera ſumpti relligione, fide.*
*Ergo ſyncerum cultum, ſacramq; ſophiam*
*Qui ſitiunt, voluant quæ benè ſcripta, rogo.*
*Cui benèdicta placent benè factaq; multa fideli*
*Sunt cordi, verè num Benedictus erit?*
*Nunc Benedicte velis currentibus addere calcar,*
*Quem colit, optat, amat plebs ſtudioſa patrem.*
*Doctorum ſanctus, quæ ſcripſeris, approbat ordo*
*Fundet qui pro te vota, precesq; Deo.*

## ITEM AD LECTOREM

IO. AEG. AVIOTH.

Tentarunt multi, quod nunc Benedictus ad vnguem
Reddit perfectum, quo fruere atque vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

## PRIVILEGE DV ROY.

CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE, à tous noz Baillifz, Seneschaulx de noſtre royaume, pais & seigneuries de noſtre obeiſſance, ou leurs lieuxtenans, & à chaſcun d'eulx endroit soy, ſi comme luy appartiendra, Salut: Noz chers & bien amez Guillaume Guillard, Amaury Vuarencore, & Claude Bezart, marchans Libraires & Imprimeurs de noſtre ville de Paris, nous ont faict entẽdre, que cõtinuans le deſir & affection quilz ont de faire prouffit à la Republique, auroiẽt recouuert vn liure intitulé, Concordantiæ nouæ vtriuſque Teſtamẽti, iuxta tropos & phraſes, locóſque communes diſtinctæ, cunctis ſacrarum literarum ſtudioſis vice commentarij profuturæ, quales nemo hactenus eſt aggreſſus, faict & compoſé par maiſtre Iean Benoiſt docteur en Theologie de Paris. Lequel liure leſdictz ſupplians imprimeroient voluntiers: mais par ce qu'il eſt neceſſaire faire pluſieurs grands frais, ilz craignent que les autres Libraires & Imprimeurs de ce royaume les voulſiſſent fruſtrer de leur labeur, le faiſant pareillement imprimer, vendre & diſtribuer: Requerans ſur ce leur pourueoir. NOVS A CES CAVSES de noſtre certaine ſciẽce, grace ſpeciale, plaine puiſſance & auctorité Royale, apres qu'il nous eſt apparu de la certification & approbation dudict liure, ſignee par deux docteurs de la faculté de Theologie de Paris, & par l'autheur d'iceluy: Auons permis & permettons auſdictz Guillard, Vuarencore, & Bezart, de pouuoir imprimer, ou faire imprimer ledict liure cy deſſus ſpecifié, en tel volume & telle quantité, par qui & comme bon leur ſemblera: Et ce durant le temps & terme de ſept ans, ſuiuans & conſecutifz, à commencer du iour & datte que l'impreſſion dudict liure ſera paracheuée. Et à fin que leſdictz ſupplians ne ſoient fruſtrez de leurſdictz frais, Nous auons inhibé & deffendu, inhibons & deffendons à tous Libraires & Imprimeurs de ne, durant ledict temps & terme, imprimer ou faire imprimer, vendre ou diſtribuer ledict liure en quelque forme que ce ſoit, ſans le vouloir & conſentement deſdictz ſupplians, ſur peine de confiſcation dudict liure, deſpens, dommages & intereſtz deſdictz ſupplians, & d'amẽde arbitraire. SI VOVS MANDONS & treſexpreſſement enioignons par ces preſentes à vn chaſcun de vous endroit ſoy, ſi cõme à luy appartiendra, que de noz preſens priuilege, & de tout le contenu en ceſdictes preſentes, vous faictes iouir & vſer leſdictz ſupplians plainement & paiſiblement, durant ledict temps de ſept ans, à commencer comme deſſus: ceſſans & faiſans ceſſer tous troubles & empeſchemens au contraire. Voulons en outre, qu'en mettant par bref le contenu de ces preſentes au commencement ou à la fin dudict liure, que cela ſoit de tel effect, force & vertu, que ſi elles eſtoient en leur original ſignifiées à chaſcun des Libraires, Imprimeurs, & cõtreuenans à ceſdictes preſentes, Au Vidimus deſquelles faict ſoubz ſeel royal, ou ſeing de l'un de noz amez & feaulx notaires & ſecretaires, nous voulons foy eſtre adiouſtée comme au preſent original: Mandons & commandons à tous noz iuſticiers, officiers & ſubiectz, qu'à vous & à chaſcun de vous en ce faiſant ſoit obey. Donné au chaſteau de Vincennes le XVI. iour de Iuillet, l'an de grace mil cinq cens ſoixante deux, & de noſtre regne le deuxieme.

PAR LE ROY EN SON CONSEIL,

MOYEN.

# CONCORDANTIAE NOVAE VTRIVSQVE TESTAMENTI iuxta tropos & Phraſes diſtinctæ, quales hactenus nemo aggreſſus eſt.

AA

Exodi. 4.d AARON frater tuus Leuites
g Dixit autẽ dominꝰ ad Aarõ
Narrauitq; Moyſes Aarõ omnia verba
Locutuſque eſt Aaron omnia verba
5.c Ingreſſi ſunt Moyſes & Aaron
Quare Moyſes & Aaron ſolicitatis
6.b Loquutus eſt do. ad Moyſen & Aaron
c Quare peperit ei Aaron & Moyſen.
7.a Aaron frater tuus erit propheta tuus.
fecit Moyſes & Aaron
& Aaron octoginta trium
dixit do. ad Moyſen & Aaron
b ingreſſi ſunt Moyſes & Aaron
deuorauit virga Aaron
c dic ad Aaron: tolle virgam.
d fecerunt Moyſes & Aaron.
8.a dic ad Aaron: extende manum
extendit Aaron manuum.
vocauit Pharao Moyſen & Aaron
c egreſſi ſunt Moyſes & Aaron
d loquere ad Aaron. extende
extendit Aaron manum
10.a introierunt Moyſes & Aaron
12.a dixit Do. ad Moyſen & Aaron
e vocatis Moyſe & Aaron
f dixit Do. ad Moyſen & Aaron
g præcepit do. Moyſi & Aaron
15.c Maria prophætiſſa ſoror Aaron
16.a murmurauit contra Moyſen & Aaron
dixerunt Moyſes & Aaron
c dixit Moyſes ad Aaron
cum loqueretur Aaron ad
g poſuitque Aaron illud in tabernaculo
17.c Aaron & Hur ſuſtentabant manus eius
Aaron & Hur aſcenderunt
18.b venerunt Aaron & omnes ſeniores
19.d aſcendes tu & Aaron tecum
24.a aſcende ad do. tu & Aaron, Nadab &c.
d habetis Aaron & Hur vobiſcum
27.d collocabunt eam Aaron & filij eius
28.a applica ad te Aaron fratrem tuum
b portabit Aaron nomina eorum
c portabitque Aarõ nomina filiorũ Iſraël
f veſtietur ea Aaron in officio miniſterij
portabit Aaron iniquitates ipſorum
g veſtieſque his omnibus Aaron fra. tuum
29.a Aaron ac filios eius applicabis
indues Aaron veſtimentis ſuis
b.c ponent Aaron & filij eius manus
c aſperges Aaron & veſtes eius
d de ariete quo initiatus eſt Aaron
ſuper manus Aaron & filiorum eius
e quibus veſcetur Aaron & filij eius
f ſuper Aaron & filiis eius
g & Aaron cum filiis ſuis
30.a adolebit incenſum ſuper eo Aaron
deprecabitur Aaron ſuper cornua eius
c lauabunt in ea Aaron & filij eius
d Aaron & filios eius vnges
31.b Aaron ſacerdoti & filiis eius
32.a congregatus aduerſus Aaron dixit
dixitque ad eos Aaron
b quod cum vidiſſet Aaron
e dixitque Moyſes ad Aaron
f ſpoliauerat enim eum Aaron
g quem fecerat Aaron
34.d videntes autem Aaron & filii Iſraël
35.b veſtes Aaron pontificis & filiorum eius
38.c per manum Thamar filii Aaron
39.a quibus indueretur Aaron
e opera textili Aaron & filiis
g Aaron & filij eius
40.b aplicabiſque Aaron & filios eius
Leuitic. 1.b offerent filij Aaron ſacerdotis
2.a deferet ad filios Aaron ſacerdotis
erit Aaron & filiorum eius
e erit Aaron & filiorum eius
3.a fundent filij Aaron ſacerdotis
6.b Præcipe Aaron & filiis eius
c comedet Aaron cum filiis ſuis
mares ſtirpis Aaron comedent
hæc eſt oblatio Aaron & filio. eius
d loquere Aaron & filiis eius
7.c pectuſculum erit Aaron & fil. eius
d & dedi Aaron ſacerdoti
hæc eſt vnctio Aaron & filio. eius
8.a tolle Aaron cum filiis ſuis
obtulit Aaron & filios eius
b fundens ſuper caput Aaron
Aaron & filii eius manus ſuas
c cum impoſuiſſent Aaron & filij
d poſuerunt ſuper caput Aaron & fil.
extremum auriculæ dextræ Aaron
e tradens omnia Aaron & filiis eius
f aſperſit ſuper Aaron & veſtimenta eius
Aaron & filii eius comedent eos
g fecerunt Aaron & filii eius
9.b ſtatimque Aaron accedens ad altare
d ſeparauit Aaron, eleuans
10.a dixitque Moyſes ad Aaron
quod audiens tacuit Aaron
filiis Oziel patrui Aaron
b locutus eſt Moyſes ad Aaron
c ad Aaron & filios eius.
13.a adducetur ad Aaron ſacerdotem
16.a loquere ad Aaron fratrem tuum
e reuertetur Aaron in taber. teſtimo.
17.a loquere Aaron & filiis eius
21.c loquere ad Aaron
d de ſemine Aaron ſacerdotis
ad Aaron & filios eius
22.a homo de ſemine Aaron, qui fuerit lep.
loquere ad Aaron & ad filios eius
c loquere ad Aaron & ad filios eius
24.a ponet eas Aaron à veſpere
b eruntque Aaron & filiorum eius
Num. 1.a per turmas ſuas, tu & Aaron
3.a hæ ſunt generationes Aaron
coram Aaron patre ſuo
in conſpectu Aaron ſacerdotis
b dabis &c. Aaron & filiis eius
e Eleazar filius Aaron ſacerdotis
g dabiſque pecuniam Aaron & filiis eius
dedit eam Aaron & filiis eius
4.a ingredientur Aaron & filij eius
b inuoluerint Aaron & filij eius
Aaron & filij eius intrabunt
filius Aaron ſacerdotis
c iubente Aaron & filiis eius
ſub manu Ithamar filij Aaron
6.d loquere Aaron & filiis eius
7.a filij Aaron ſacerdotis
8.a loquere Aaron, & dices ad eum
fecitque Aaron & impoſuit
b offeret Aaron leuitas
in conſpectu Aaron & filiorum eius
c tradidiq; eos dono Aaron & fil. eius
d eleuant eos Aaron in conſpectu domini
coram Aaron & filiis eius
10.a filii autem Aaron ſacerdotis
12.a loquuta eſt Maria & Aarõ cõtra Moyſẽ
b vocans Aaron & Mariam
c cumque reſpexiſſet eam Aaron
16.b quid eſt Aaron vt murmuretis
c & Aaron die craſtino ſeparatim
Aaron teneat thuribulum ſium
f Eleazaro filio Aaron ſacerdoti
qui non eſt de ſemine Aaron
g quod cum feciſſet Aaron
reuerſus eſt Aaron ad Moyſen
17.a nomen Aaron erit in tribu Leui
d refer virgam Aaron in taber. teſtimo.
18.a dixitque dominus ad Aaron
d date ea Aaron ſacerdoti
20.b tu & Aaron frater tuus
d pergat Aaron ad populos ſuos
tolle Aaron & filium eius cum eo
Aaron colligetur, & morietur ibi
videns occubuiſſe Aaron
cumque Aaron ſpoliaſſet veſtib. ſuis
25.b.c Phinees filius Eleazari filij Aaron
26.a Eleazarum filium Aaron ſacerdotem
g filios Aaron, & Moyſen, & Mariam
27.c ſicut iuit frater tuus Aaron
33.e aſcendit Aaron ſacerd. in montem Hor.
Deut. 9.c aduerſum Aaron vehementer iratus
10.b vbi Aaron mortuus & ſepultus eſt
32.g ſicut mortuus eſt Aaron frater tuus
1.Para. 6.a filij Amram, Aaron, Moyſes, Maria
d Aaron & filii eius adolebant
23.b filii Amram, Aaron & Moyſes
ſeparatus eſt Aaron vt miniſtraret
24.c ſub manu Aaron patris eorum
Pſal. 76.d in manu Moyſi & Aaron
98.b Moyſes & Aaron in ſacerdotib. eius
104.c Aaron quem elegit ipſum
105.c Aaron ſanctum domini
113.c domus Aaron ſperauit in domino
d benedixit domui Aaron
117.a dicat nunc domus Aaron quoniã bonus
132.a deſcendit in barbã, barbam Aaron
134.d domus Aaron benedicite domino
Eccli. 36.c ſecundum benedictionem Aaron da po.
45.a excelſum fecit Aaron fratrem ſuum
d & addidit Aaron gloriam
Mich. 6.a Moyſes & Aaron & Maria
miſi ante faciem tuam Moyſen & Aaron
7.b homo ſacerdos de ſemine Aaron
Luc. 1. a vxor illius de filiabus Aaron
Hebr. 5.a ſed qui vocatur à deo tanquam Aaron
7.b non ſecundum ordinem Aaron dici
9.a & virga Aaron quæ fronduerat
Act. 7.e dicentes ad Aaron fac nobis deos.
*Aaronitis.*
1.Para. 27.c Haſab filius Cam. Aaronitis

ABBA *pater.*

Mar. 4.d Abba pater, omnia tibi poſſibilia

AB

Rom. 8. c in quo clamamus, Abba pater
Gal. 4 a clamantem, Abba pater.

ABAALGAD.

Ioſ. 12.e Ad occidentalem plagam Abaalgad
13.a Abaalgad ſub monte Hermon

*Abaddon.*

Apoc. 9.b Cui nomen hebraicè Abaddon.

*Abalienare.*

Eccli. 11.d Abalienabit te à viis propriis
1.Mac. 11.f mane abalieneuit ſe à Ionatha.

*Abalienatus.*

Iſa. 1.b Abalienati ſunt retrorſum
Oſeæ. 9.d Abalienati ſunt in confuſione.

*Abana.*

4. Reg. 5.c Nũquid nõ meliores ſũt Abana & Pha..

*Abarim.*

Num. 27.c Aſcende in montem iſtum Ab..im
33.f venerunt ad montes Abarim
de montibus Abarim
32.g aſcende in montem iſtum Abarim.

*Aaron.*

1.Ma. 2.a & Eleazarũ qui cognominabatur Abaró

*Abdemelech.*

Iere. 38.b Audiuit autem Abdemelech Æthiops
c præcepit rex Abdemelech Æthiops
aſſumptis ergo Abdemelech ſecum viris
egreſſus eſt Abdemelech de domo regis
dixitque Abdemelech Æthiops ad Iere
39.d & dic Abdemelech Æthiop.

*Abdias.*

3. Reg. 18.a Vocauit Achab Abdiã diſpenſatorẽ ſuũ
Abdias timebat do. deum valde
Abdias per aliam viam ſeorſum
b cunque eſſet Abdias
c abiit Abdias in occurſum Achab
Abd. 1.a viſio Abdiæ. Hæc dicit dominus

*Abdenago.*

Dani. 1.b & Azarie Abdenago
2.g cõſtituit Sidrach Miſach & Abdenago
3.b ſũt ergo vir. iud. &c. Sidrach. Miſ. & Ab.
vt adduceret Sidrach Miſach. & Abde.
inmutat⁹ eſt ſuper Sidrac. Miſ. & Abde.

*Abditum.*

1.Reg. 13.b Abſconderunt ſe in Abditis
Pſal. 16.c ſicut catulus leonis habitans in abditis
1. Mach. 1.f effugauerũt populum Iſraël in abditis.

*Abducere.*

2.Reg. 3.e Seorſum abduxit eũ Ioab in medium
4. Reg. 25.b & abduxit in Babylonem
2.Para. 26.a Abduxit in Ægyptum
Iudith. 2.d abduxitque omnes filios Madian
Pſal. 136.a qui abduxerunt nos, hymnum cantate
Bar. 2.c qui nos abduxerunt
b.c abducemini in Babylonem
Act. 20.f vt abducant diſcipulos
Heb. 13.b doctrinis variis & ꝛ. nolite abduci

*Abductus.*

Neh. 1.d Etiam ſi abducti fueritis
Iudicib. 5.c Abducti ſunt in terram
7.a Abducti fuerant de prouinc.
Sap. 14.c multitudo hominum abducta
19.c abducti concupiſcentia
Nah. 2.b captiuus abductus eſt
Zach. 10.a abducti ſunt quaſi grex
1.Ma. 2.a vaſa, &c. captiua abducta.

*Abductio.*

3. Eſd. 8.c Pecuniæ mulctatione vel abductione
Eccli. 38.b in abductione permanet triſtitia.

*Abdicare.*

2.Cor. 4.a Sed abdicamus occulta dedecoris.

*Abdon.*

Iu. 12. d Iudicauit Iſraël Abdon filius Hellel.

*Abel.*

Gen. 4.a Peperit fratrem eius Abel
fuit autem Abel paſtor ouium
Abel quoque obtulit de primogenitis
& reſpexit dominus ad Abel
b dixitque ad Abel fratrem ſuum
aduerſus fratrem ſuum Abel
vbi eſt Abel frater tuus
d poſuit mihi deus aliud ſemen pro Abel
Matth. 23.d à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinẽ
Luc. 11.g à ſanguine Abel vſq; ad ſanguinẽ Zaca.
Heb. 11.a pluri. hoſtiã Abel quã Caim obtulit deo
12.f melius loquentem quam Abel.

*Abel locus.*

Iud. 11.f Vſque ad Abel quæ eſt vineis
1. Reg. 6.d vſque ad Abel magnum
3.Reg. 15.d percuſſerunt Ahion & Dan & Abel
4.Reg. 15.f cepit Ahiõ & Abel domũ Bethmaaca.

*Abela.*

2.Reg. 20.e Ille tranſierat &c. vſque in Abelam
opugnabãt eum in Abela & in Bethma.
qui interrogant, interrogent in Abela.

*Abelmaim.*

2.Para. 16.b Percuſſerunt Ahiõ & Dan & Abelmaim.

*Abelmehula.*

Iu. 7.f Crepidinem Abelmehula in Thebbath
3.Reg. 19.c Elizeum &c. qui eſt de Abelmehula

Universidad de Deusto
Biblioteca



3.Reg. 4.b à Bethsan, vsque Abelmehula
*Abelmaim.*
2.Para. 16.b Dan & Abelmaim.
*Abelsathim.*
Num. 33.f Vsq; ad Abelsathim in planicie 9 locis.
*Abenboen.*
Iosu. 18.e Descenditque Abenboen.
*Aber.*
Iud. 4.b Regem Asor & domum Aber
Aber autem cinæus recesserat quodam
c ad tentorium Iahel vxoris Aber cinæi
ad domum Aber cinæi.
d tulit Iahel vxor Abel clauum tabernac.
5.d Iahel vxor Aber cinæi.
*Abernans.*
2.Tit. 1.b à quibus quidã aberrãtes, cõuersi sunt.
*Abessim.*
Iu. 12.c iudicauit Israël Abessan de Bethlehẽ.
*Abessalon.*
2 Mo. 11. d Ioanes & Abessalõ, qui missi fue. à vobis
ABESSE.
Gene. 18. c Absit à me vt sic agam
d absit à te vt hanc rem facias
Ios. 22.f Absit à nobis hoc scelus.
24.d Absit à nobis vt relinquamus dominum
1.Reg. 2.f absit hoc à me, sed quicunque
12.d absit autem à me hoc peccatum à do.
20.a absit à te, non morieris
b ait Ionathas: absit hoc à me
22.c absit hoc à me, ne suspicetur
2.Reg. 20.f Absit, absit hoc à me
1.Para. 11.d absit vt in conspectu dei mei
Iob. 27.a absit à me vt iustos vos esse iudicem
24.a absit à deo impietas
Sap. 9. b si abfuerit ab illo sapientia
14.c vt illum, qui aberat, tanquam præst.
Eccli. 9.c lõgè abesto ab homine potestatẽ habẽ.
15.b longè enim abest à superbia & dolo
c non dixeris, per deum abest
27.c quoniam longè abest
1.Mach. 9.a absit istam rem facere
2.Mac. 12.c quæ ab Ierosoly. sexcẽtis stadiis aberat
Matth. 16.c absit à te dom.e, non erit tibi hoc
Marc. 7.a cor autem eorum longè abest
Luc. 20.c dixerunt illi: absit
Rom. 3.a fidem dei euacuabit? Absit
secundum hominem dico: absit
d absit, sed legem statuimus
6. a vt gratia abundet? Absit
7 b lex peccatum est? absit
c factum est mors? absit
9.c inquitas apud dñm? Absit
11.a repulit populum suum? Absit
b offenderunt vt caderent? absit
1.Cor. 6.c faciam membra meretricis? Absit
Gal. 2.d peccati minister est? Absit
3.c aduersus promissa dei? Absit
6.c mihi autem absit gloria. nisi.
*Absens.*
Gen. 34.a Quod cũ audisset Iacob absentib⁹ filiis
44.f alioquin illo absente nõ audem⁹ videre
g non possũ redire ad pat. absente puero
Deut. 29.b sed cunctis præsentibus & absentibus
Sapien. 11.b Absentes & pãtes simil. torquebantur
1. C . 5.a ego quidem absens corpore
. Cor. 5.b contendimus siue absentes siue pãtes
10.a Absens autem confido in vobis
c quales sumus verbo p epistolas absẽtes
13.a vt præsens vobis, & nunc absens
c ideo enim hæc absens scribo
Philip. 1.d siue absens audiam de vobis
Col. 2.a nam & si corpore absens sum.
*Absentia.*
Phi. 3.b Multomagis in absentia.
*Abhorrere Abhorrescere.*
Eccli. 38.a Prudens eum abhorrebit
2. Mac. 6.c ne abhorrescant propter aduersas.
*Abia.*
1. Reg. 8.a Et nomen secundi Abia
3.Reg. 14.a ægrotauit Abia filius Ieroboam
g regnauit Abiam filius eius pro eo
15.a regnauit Abiam super Iudam
b reliqua autem sermonum Abiam,
bellum fuit inter Abiam & Ieroboam
reliqua autem sermonum Abiam
prælium inter Abiam & Ieroboam
dormiuit Abiam cum patribus
1. Para. 2.c vxorem Abia, quæ peperit
Abia filius eius genuit Asa
24.b sors octaua Abia
2.Para. 11.d quæ peperit ei Abia
Abiam filium Maacha
constituit in capite Abiam
12.d regnauit Abia filius eius pro eo
13.a regnauit Abia super Iudam
erat bellum inter Abiam & Ieroboam
umq; ue iniuisset Abia certamen
stetit ergo Abia super montem
stabat ex aduerso Abia & Iuda
d percussit ergo eos Abia
persecutus est Abia fugientem Ieroboã
igitur Abia confortato imperio suo
nec valuit &c. in diebus Abia
reliqua sermonum Abia
14.a dormiuit Abia cum patribus suis



Matth. 1.a Roboam autem genuit Abiam
Abia autem genuit Asa
Luc. 1.a sacerdos &c. de vice Abia.
*Abiasaph.*
Exod. 6.d Filij Core, Aser, Helchana & Abiasaph
1.Para. 6.b Abiasaph filius eius
c filij Abiasaph, filii Core
9.c filii Abiasaph, filii Core.
*Abiathar.*
1.Reg. 22.d Cuius nomen erat Abiathar
ait Dauid ad Abiathar
23.a tempore, quo fugiebat Abiathar
b dixit ad Abiathar sacerdotem
30.b ait ad Abiathar sacerdotem
2.Reg. 8.d Achimelech filius Abiathar
15.c & ascendit Abiathar
f & Ionathan filius Abiathar
reportauerunt Sadoc & Abiathar
g habes tecum Sadoc & Abiathar sacerd.
indicabis Sadoc & Abiathar sacerdoti.
20.g Sadoc & Abiathar sacerdotes
3.Reg. 1.a & cum Abiathar sacerdote
1.c.d Abiathar quoq; sacerdotẽ & Ioab prin.
d habet Abiathar sacerdo. & Ioab. fi. Sar.
2.d Abiathar quoque sacerdoti dixit rex
e eiecit ergo Salomon Abiathar
Mat. 22.d sub Abiathar principe sacerdotum.
*Abidan.*
Nume. 1.b Abidan fi ius Gedeonis
2.b princeps fuit Abidan
7.e Abidan filius Gedeonis
10.c in tribu Beniamin erat dux Abidan.
*Abies.*
4.Reg. 19.e Et electas abietes illius
Isaie. 14.b Abietes quoque lætatæ sunt
37.d & electas abietes illius
41.c in deserto abietem, vlmum
55.d pro saliunca ascendet abies
60.c Abies & buxus & pinus
Ezc. 27.a Abietibus de Sanir extruxerunt
31.c abietes nõ adæquauerunt sumitatem
Hos. 14.d vt abietem virentem
Zach. 11.f vlula abies, quia cecidit cedrus.
*Abignus.*
3.Reg. 5.b In lignis cedrinis & abiegnis
c Hiram dabat &c. ligna abiegna
6.b texit pauim entũ domus tabulis abieg.
d fecit duo osti ia de lignis abiegnis
9.b ligna cedrina & abiegna & aurum
2.Para. 3.b domũ maiorem texit tabulis abiegnis.
*Aliciarius.*
Exod. 35.d Vt faciant opera abietarij.
*Alie er.*
Nume. 2b Quorum princeps fuit Abiezer
7.d Abiezer filius Amisaddai
10.c princeps erat Abiezer
quorũ exercitus princeps erat Abiezer
Ios. 17.a filiis Abiezer & filiis &c.
Iu. 6.g conuocauit domum Abiezer
8.a nonne melior &c. vindemiis Abiezer
2.Reg. 23.d Abiezer de Anathot.
1.Para. 7.d virum decorum & Abiezer
11.f. 27.b. Abiezer Anathothites.
*Abigail*
1.Reg. 25.a Nomen vxoris eius Abigail
c Abigail autem nunciauit vnus
festinauit igitur Abigail
d cum autem vidisset Abigail Dauid
e & ait Dauid ad Abigail
f venit autem Abigail ad Nabal
g festinauit & surrexit Abigail
venerunt pueri Dauid ad Abigail
& locutus est ad Abigail
27.b & Abigail vxor Nabal
30.a Abigail vxor Nabal Carmeli
2. Reg. 2. a & Abigail vxor Nabal Carmeli
3.a post eum Cheleab de Abigail
17.g ingressus est ad Abigail filiam Naas
1.Para. 2.b Abigail genuit Amasa
3.a secundum Daniel de Abigail
*Abigere. igi.*
Gen. 15.c Et abigebat eas Abram
31.d & clam me abigeres filias meas
Exod. 8.b vt abigantur ranæ à te
21.c si quo modo possum pugnãs abigere eũ
Deut. 28.c & non sit qui abigat
Iu. 16.d & cœpit abigere eum
1.Reg. 23.a & abegit iumenta eorum
Iob. 24.a asinum pupillorum abegerunt.
*Abihail.*
2.Para. 11.d Abihail quoque &c, quæ peperit
5.b hi filij Abihail filij Huri
Esth. 2.c Esther filia Abihail
9.g regina filia Abihail.
ABIICERE.
Gen. 21.b Abiiecit puerum subter vnã arborem
35.a Abiicite deos alienos.
Leuit. 26.g eo quòd abiecerint iudicia mea
1.Reg. 2.f quare calce abiecistis victimam meam
15.e pro eo quòd abiecisti sermonem domi.
Abiecit te dominus, ne sis rex
16.b quoniam abiecì eum
4. Reg. 17.c & abiecerunt legitima eius
2.Para. 11.c eo quòd abiecisset eos Ieroboam
Iudith. 1.d ac sine honore eos abiecerunt



Prouerb. 8.d & nolite abiicere eam
11.c etiam propinquos abiicit
15.d q. Abiicit disciplinã, despicit animã sũ.
Sap. 3.c sapientiam qui abiicit in
Eccli. 12.c si humilia. vadat curuus, abiice animã
Isa. 5.f Abiecerunt enim legẽ do. exercituum
e abiecit pop. iste aquas Siloë
31.d in die enim illa abiicìet vir
Ierc. 14.d numquid proiiciens abiecisti Iudam
31.g ego abiiciam vniuersum semen istud
Thren. 2.d Abiecerunt in terra capita sua
3.d quia si abiecit, & miserebitur
& abiecit filios hominum
Ezech. 20.a vnusquisq; offensiones ocu. suo. abii.
26.c vestimenta sua varia abiiciet
32.a super faciem agri abiiciam te
Hos. 9.d Abiiciet eos deus deus meus
Am. 2.a Abiecerit legem domini
Ionæ. 3.c Abiecit vestimentum suum
2Ma. 5.b qui insepultos multos abiecerat
Rom. 13.d Abijciamus ergo opera tenebrarum.
*Abijci.*
1.Esdr. 10.a Abiicietur de cœtu transmigrationis
2.Mac. 5.b illamentatus & insepultus abiicitur.
*Non Abiicere.*
Leuit. 26.b non abiiciet vos anima mea
g Non penitùs abiecì eos
1.Reg. 8.b non enim abiecerunt te, sed me
Iob. 36.a deus potentes non abiicit
Pro. 3.b disciplinam domini fili mi ne abiicias
8.a & nolite abiicere eam
Eccli. 4.a rogationem contribulati ne abiicias
6.c ne abiicias consilium meum
27.c & nemo eum abiiciet
Isa. 41.d elegi te, & non abiecì te
Gal. 2.d non abiicio gratiam dei.
*Abijcins.*
Isa. 66. b Abiicientes propter nemen meum
Iac. 1. c ꝓpter quod abiicientes omnẽ immũdi.
*Abiiciendi.*
Eccls. 3.a Tempus custodiendi, & tẽpus abiiciẽdi
*Abiectus.*
2.Reg. 1.d Abiectus est clypeus fortium
14.c ne penitùs pereat qui abiectus est
Psal. 83.c elegi abiectus esse in domo dei
Isa. 5.b & vxorem ab adolescentia abiectam
27.b cum abiecta fuerit, iudicabit
Ierc. 22.g quare abiecti sunt ipsi & semen
33.d duæ cognationes &c. abiectæ sunt
34.a & quod abiectum erit, reducam
quod abiectum est, non reduxistis
Dan. 4.f & ex hominibus abiectus est
Ionæ. 2.b Abiectus sum à conspectu ocul.
*Abiectio.*
Psal. 21.b Opprobrium hoim, & abiectio plebis
Thre. 3.e eradicationem & abiectionem posuistí
Eze. 16.a proiecta es &c. in abiectiõe animæ tuæ.
*Abilena.*
Luc. 3.a Et Lysania Abilenæ tetrarcha.
*Abimelech.*
Gen. 20.a Misit ergo abime. rex Geraræ, & tulit eã
venit deus ad Abimelech
Abimelech vero non tetigerat eam
b statimq; de nocte cõsurgẽs Abimelech
c vocauit autẽ Abimelech etiam Abrahã
d tulit igitur Abimelech oues & boues
orãte autẽ Abrahã sanauit deus Abime.
omnem vuluam domus Abimelech
21.c & increpauit ipse Abraham Abimelech
eodẽ tẽpore dixit Abimelech & Phicol
d respondítque Abimelech
& dedit Abimelech
cui dixit Abimelech
surrexit autẽ Abimelech & Phicol
26.a abiit Isaac ad Abimelech reg. palæstino
prospicies Abimelech rex palæstinorũ
b dixitq; Abime. quare imposuisti nobis
c in tantũ vt ipse Abi. diceret ad Isaac
f Abimelech & Ochozath amicus illius
Iu. 8.f genuit ei filiũ nomine Abimelech
9.a abiit autem Abimelech filius Ierobaal
inclinauerunt cor eorum post Abime.
b constituerunt regem Abimelech
c constituistis super vos regẽ Abimelech
hodie lætemini in Abimelech
& deuoret Abimelech
habitauit ibi ob metũ Abimelech
d regnauit itaque Abimelech
inter Abimelech & habitatores Sichẽ
conferre in Abimelech fratrem suum
nunciatumque est Abimelech
inter epulas & pocula maledi. Abime,
quis est iste Abimelech
vt auferam de medio Abimelech
dictumque est Abimelech
misit clam ad Abimelech nuncios
surrexit itaque Abimelech
quis est Abimelech, vt seruiam ei
pugnauit contra Abimelech
f cum nunciatum esset Abimelech
porro Abimelech omni die ille oppug.
Abimelech audiens viros turris
g Abimelech autem inde proficiscens
accedensque Abimelech iuxta turrim
illisit capiti Abimelech

reddidit



reddidit de⁹ malũ quod fecerat Abim.
10.c post Abimelech surrexit dux
filius Phua patrui Abimelech
2.Reg. 11.c quis percussit Abimelech filiũ Ierobaal
1.Para. 18.d & Abimelech filius Abiathar
*Abinadab.*
1.Reg. 31.a Percusserunt Ionathan & Abinadab.
*Abinoen.*
Iu. 4.b Barach filius Abinoen.
*Abintus.*
Sapi. 7.c Et dum abintus minor est expectatio.
*Abiram.*
3.Reg. 16.g In Abiram primitiuo suo fundauit eam.
ABIRE, *Adire.*
Gen. 18.c & Abierunt Sodomam
Ru. 2.c abiit itaque, & colligebat
1.Reg. 28.b Abiit ipse, & duo viri cum eo
2. Reg. 3.d & abiit vt loqueretur
6.a surrexitque Dauid & abiit
b Abiit ergo Dauid, & adduxit
21.c & abiit Dauid, & tulit
3.Reg. 17.c quæ abiit & fecit extra
4. Reg. 2.d Abiit autem inde in
6.a & abiit cum eis
8.g abiit quoque eum Ioram
1.Para. 11.a abiit quoque Dauid
3.Esd. 9.a abiit in pastophorum
Tob. 2.b abiit, & sepeliuit eum
1.Esd. 10.a abiit ad cubiculum Ioh.
Ierc. 13.a abii ad Euphratem, &
41.d & abierunt & sederunt
Osee. 1.f iuuenes mei abierunt in
11.a abiit & accepit Gomer
1.Ma. 5.c & abiit Simon in Galilæam
7.c Abiit Bacchides ad regem
8.c & abierunt Rom. viam
10.g & abiit Azotum tanquam
11.c & abiit ad regem Ptolemæum
12.a & abierunt Romam
14.a abiit, & percussit castra
Matth. 22.a & abierunt alius in villam
Ioh. 4.g abiit ad eum & rogabat
9.b abiit ergo, & lauit
& abij, & lauí, & video
Actu. 5.e tunc abiit magistratus
9.e & abiit Ananias, & inter.
Apoca. 12.d abiit facere prælium.
*Abire, ascendere.*
1. Para. 4.g Abierunt in montem Seir
2. Para. 1.a abiit cum vniuersa multi.
Mar. 6.f abiit in montem orare
Luc. 1. d abiit in montana cum fest.
Iohan. 4.a & si abiero & præparaue.
d & abiit in ciuitatem
16.a si autem abiero, mittam
si ego non abiero, paracle.
*Abire consentire.*
Psal. 1.a Beatus vir qui non abiit
Eccli. 22.b cùm insensato non abieris
31.a post aurum non abiit
Ierem. 3.c sed abiit, & fornicata est
2.Mac. 13.c dedit, accepit, & abiit
Matth. 20.a illi autem abierunt
Luc. 19.e abierunt autem qui missi erant
Iob. 11.d hæc cùm dixisset, abiit
*Abire, discedere loco.*
Gen. 18.d Abiitque do. postquàm
21.b abiit & impleuit vtrem
quæ cùm abiisset, errabat
& abiit, fedítque è regione
30.d seruiui tibi, vt abeam
31.c super Camelos abiit
32.a Iacob autem abiit in itinere
42.f necessaria sumite, & abite
42.d abite, & ferte frumenta
44.c nec enim de loco abierat
Exod. 8.g longius ne abeatis.
Num. 16.d Moyses, & abiit ad Dathan
Deut. 22.a sed abire patieris capt.
31.a abiit itaque Moyses
d abierunt ergo Moyses &
Iosue. 22.b & abierunt filii Ruben
Iudic. 1.a & abiit cum eo Simeon
2.b & abierunt filii Israel
* 8.f abiit itaque Ieroboal
Ruth. 1.a abiitque homo de Bethleem
1.Reg. 3.a & abiit, & dormiuit
b abiit ergo Samuel, & dormiuit
6.b dimisit eos, & abierunt
10.a cùm abieris hodie à me
b vt abiret à Samuele
d & abiit cum eo pars &c.
14.c quis abierit ex nobis
22.a abiit ergo Dauid inde
23.a abiit ergo Dauid, & viri
2.Reg. 3.a & abiit in pace
6.d & abiit omnis populus
3.Reg. 12.b cumque abiisset populus
13.c per quam abierat vir dei
e qui cùm abiisset inuenit
f & ille abiisset, inuenit
4.Reg. 5.a abiit ergo ab eo electo tempore
g dimisit viros, & abierunt
7.b abierunt & absconderunt
10.c cùmque abiisset inde



2.Para. 10.a cùmque abiisset populus
23.b non dimiserat abire turmas
2.Para. 34.e Abiit ergo Helcias
Neh. 8.b abiit itaque omnis popu.
Tob. 11.a ex felle illo, & abierunt
Iob. 42.b abierunt ergo Elipham &c.
Ierc. 5.f recesserunt & abierunt
11.b abierunt vnusquisque in
28.c abiit Ieremias propheta
Bar. 6.f & abibunt, nec sibi auxil.
Dan. 14.c annulo regis, abierunt
1.Mac. 10.a & abiit cum gloria
11.f & abiit inde Gazam
12.f conuersus abibo
post Pentecosten abierunt
2.Mac. 13.c rebusque prosperè gestis abierunt
prosperè gestis abierunt
14.f & his dictis abiit
Matth. 2.b cùm audissent regem, abierunt
19.b quum impo. eis manus, abiit
27.g ostium monumenti, abiit
28.c quæ cùm abiissent, ecce
Mar. 2.b abiit coram omnibus
5.c abiit & cœpit prædica.
Luc. 10.f plagis impositis abierunt
Iohan. 5.c abiit ille homo, & nuncia.
11.f soluite eum, & finite abire
Actu. 8.e & surgens abiit, & ecce
*Abire, discede re mente.*
Gene. 35.d Abiit Ruben, & dormiuit
Nume. 12.c iratus contra eos abiit
Iud. 1. d abiit autem iudas cum Simeone
9.a abierunt quæ & constitue.
1. Reg. 10.a cùmque abieris hodie
3. Esd. 9.g & abierunt omnes
Iob. 9.b si abierit, non intelligam
Ierem. 3.b & abiuimus vnusquisque
Exechie. 3.c & abii amarus & indignans
Amos. 2.a post quæ abierant patres
9.f & abierunt, & consilium
Matth. 12.f abiit, & vendidit omnia
18.d ille autem noluit, sed abiit
21.c pœnitentia motus abiit
25.b abiit autem qui quinque talenta
Luce. 15.a & abiit, & adhæsit vni ciuium
Iohan. 6.g & vos vultis abire
Iac. 1. d considerauit enim se, & abiit
Iude. 1.b in via Cain abierunt
Apoca. 10.d abii ad Angelum
*Abire, elongare.*
Gene. 14.b Pertinent: & abierunt
25.d & bibit, & abiit paruipẽdens
Iud. 9.a abiit autem Abimelech
3. Reg. 9.a sed abieritis & coluerítis
4. Reg. 5.d & abiret indignans
Sapien. 3.c ab itinere iusto abierint
Isaiæ. 26.a vetus error abiit
45.c abierunt in confusionem
50.b retrorsum non abii
57.b & abiit vagus in via
Ierem. 7.c sed abierunt in voluptatem
9.d abierunt post pranitatem
Hos. 5.c cœpit abire post fordes
Matth. 19.c abiit tristis: erat enim
25.c & timens abii, & absconditi
26.b tunc abiit vnus de duod.
Mar. 14.b Iudas abiit ad sum. sacerd.
Luc. 22.a abiit, & locutus est cum eis
Iohan. 18.b abierunt retrorsum & ceciderunt.
*Abire, fugere*
Gen. 24.a De grege domini sui, & abiit
31.c cùmque abiisset tam ipse
36.a abiit in alteram regionem
38.a quæ abiit, & habitauit in domo
Nume. 23.a cùm abiisset velociter
Deut. 15.c Abite in solitudinem
1.g vacuum abire patieris
Ios. 2.a nescio quo abierunt
Iud. 3.b Amalech abiit, que & per
1. Reg. 14.g Philistijm abierunt in loca
19.b abiit & ausugit &c
c & abierunt ipse & Samuel
d abiit etiam ipse in Ram.
20.g surrexit Dauid & abiit
23.c abite ergo oro, & diligen.
26.b & abierunt: & non erat
Scyphum aquæ, & abeamus
27.a surrexit Dauid, & abiit ipse
2. Reg. 4.c abierunt per viam deserti
13.g abiit ad Tholomai filium
14.c Ioab abiit in Gessur
3. Reg. 11.d abierunt Damascum
12.d abiit Israel in tabernaculum eius
14.a & consurgens abiit in Silo
d & abiit, & venit in Thersa.
17.a cùmque abiisset, fedit
19.a abiit ergo & fecit iuxta
a & abiit in Sareptam
b surgens abiit quocunque
4.Reg. 1.a morieris, & abiit Helias
19.g & recedens abiit
1.Para. 19.b qui cùm abiissent, & hoc
2. Para. 8.a Abiit quoque in Emath.
Iudith. 13.a ostia cubiculi, & abiit
Pro. 7.c abiit via longissima



Cant. 5.d quo abiit dilectus tuus
Isaiæ. 37.g & egressus est & abiit
Ierc. 14.d abierunt in terram, quam
37.b euntes abibunt, & recedent
41.d & abiit ad filios Ammon
Ierem. 49.f fugite, abite vehementer
50.a ꝓmoti sunt, & abierunt
52.b abierunt per viam, quæ
Ezech. 37.f nationum, ad quas abierunt
Hos. 5.a & abiit ad Assur
7.c ad Assyrios abierunt
11.a sic abierunt à facie eorum
Ionæ. 3.a abiit in Niniuen, iuxta
1. Mac. 1.c & sublatis omnibus abiit
6.a & quia abiit Lysias cũm
& abiit Antiocus cum
